

Pater et Abbas noster XLVI^{us},
Qui mundo crucifixus et carni
alio vix genere mortis
quam caritate vivifica
Dei et Proximi
absorptus
Legem implevit Numinis
Naturae solvit
IV. April. MDCCLVII
aet. 56. Reg. 15.
R. I. P.

Eine Geistergeschichte.

Beitrag zur Cistercienser-Chronik.

Mitteilung von Dr. P. Maurus Kinter O. S. B., Stiftsbibliothekar und Archivar
in Raigern.

Additamentum genuinum ad historiam levati Monasterii Fontis
B. V. M. ad Zaram¹⁾ Ord. Cisterciensis in Moravia, pro confir-
manda hac veritate prolatarum a Spiritibus vocum Cedite
nostris, et ab inhabitantibus Zarae Rdis. PP. Franciscanis au-
ditarum, ne a Criticis moderni Saeculi in dubium vertatur, aut
penitus rejiciatur, notatu dignum censui.

Ao. 1745 dum recenter post Professionem religiosam in
Junioratu extitissim, mihiq; aliquis labor conficiendus in Collo-
cutorio a meo R. P. Magistro Erasmo Grünwald pro tunc desi-
gnatus fuisset, paulo post venit illic Venerabilis P. Paulus

¹⁾ Diese ehemalige Cistercienserabtei Saar auch »Maria Brunn« (Fons
Mariae) genannt, wurde 1240 gegründet, war vorübergehend vom 7. Sept. 1611
bis zum 28. Febr. 1639 im Besitze der Franziskaner und wurde als Cistercienser-
kloster am 22. Oktober 1784 aufgehoben. Der letzte Abt war der vielseitig
literarisch tätige Otto Steinbach von Kranichstein, welcher 1791 in Wien ge-
storben sein soll. Bei »Janaschek, Origines« I, S. 248 findet sich die ganze
bezügliche Literatur genau verzeichnet. Ebenso eine kurze geschichtliche Skizze
in Wolnys »Kirchliche Topographie von Mähren«, Brünnener Diözese, 2. Band.
S. 402. Die vorliegende, hier wörtlich abgedruckte Mitteilung erliegt im Orig.
im Archive des Stiftes Raigern. Erwähnt wird diese, allerdings mit Recht an-
zuzweifelnde, Tatsache bloß bei O. Steinbach, »Diplomatische Sammlung historischer
Merkwürdigkeiten aus dem Archive des gräflichen Cistercienser-Stiftes Saar in
Mähren«, Wien, Schönfeld 1783. S. 268; sowie in Aug. Sartoris »Cistercium,
Bistertium« S. 1044, an beiden Stellen jedoch als nicht beglaubigte Gespenster-
geschichte. Immerhin verdient diese interessante Begebenheit nach der Erzählung
eines Augenzeugen der Vergessenheit entrissen zu werden und das allein war
der Grund, weshalb wir sie hier veröffentlichen.

Prochaska Jubilatus jam Sacerdos Monasterii nostri Senior, qui Secunditias celebravit Assistentibus in infulis Rmis Dnis Abbatibus Joanne Reichsknecht Sedlecensi et Bernardo Hennet Zarensi, omnibusque aliis ministris a maximo usque ad minimum Sacerdotibus, ac pro Concione dicente Venerandissimo Sene Eximio Dno N. Nossek pro tunc actuali decano Mierzynensi Dei Praecone facundissimo in festo SS. Nominis Mariae die 12. Septembris. Ao. 1745.

Hic praenominatus V. P. Paulus Senior noster, ut de Ipso aliqua praenotem, nunquam visus tristis, aut impatiens, sed vultu hilaris, affabilis, ac humilis, omnique virtutum genere ornatus, ex quo ipsa Sanctitas emicabat, quique nisi praepeditus gravi infirmitate, omni die indispensabiliter Sacrificium Missae devotissime celebrando Deo offerebat. Intrante ergo Collocutorium Venerabili seniculo ibidem solus et unicus existens assurrexi, ac inclinatione in silentio Eum veneratus sum, qui aliquot passus ibidem conficiens, tandem accedens me exabrupto non interrogatus his verbis me affatus est. Fr. Placidus est juvenis et ego jam senex, diu non vivam, (qui etiam post tres annos non tam infirmitate quam potius deficiente natura consuetis morientium Sacramentis a Rmd. Dno Bernardo Hennet Abbate provisus, cui provisioni cum toto Conventu interfui, Sancte in Dno obdormivit A. 1748 die 21. Januarii, aetatis suae 82 annorum) adeoque affatus est me his verbis: Fr. Placidus diutius vivet, quam ego senex, ut itaque hanc historiam enarrare posset aliquando aliis junioribus Confribus, sibi notet: me in veritate locutum fuisse Illi Franciscano jubilato jam Sacerdoti, qui more eorum ordinis missus fuerat ut clericus ad Zarensium Conventum ibidem inhabitandum, qui ad suas aures saepius audivisse Spiritus proferentes hac verba *Cedite nostris*, mihi procerto testatus est.

Ad elucidandum hoc, uti vivae vocis oraculo a praefato Venerabili seniculo nostro Ao. 1745 percepi, contigit hoc modo: dum fuisset in Novitiatu Zarae cum 2^{bis} adhuc co-novitiis P. Antonio Royek, et Wenceslao Wermluwa (qui tandem A. 1705 canonicè electus est in Abbatem) exustum est pro tunc Monasterium Zarense A. 1689 die 19. Octobris per ignem suppositum a quodam simulato mendico exauctorato milite. Quia vero Religiosi utpote exustum bustum inhabitare nequibant, sed existere interim debuerunt in cubiculis Officialium, et Illi Zarae in civitate, ac praenominati Novitii translati fuere Plassium ad continuandum Novitiatum, ubi et finita novitiali probatione Professionem religiosam pro Monasterio Zarensi A. 1690 die 28 Martii ibidem emiserunt, donec Successu temporis abinde restaurato Monasterio domum revocati fuissent

Hic existentibus Plassii in Novitiatu A. 1689, quodam vice prandii tempore introductus fuit ad Refectorium Plassense ut hospes quidam seniculus Franciscanus jubilatus Sacerdos interrogans quidam Religiosos Plassenses, unde sint illi assidentes mensae Praemonstatenses? ignorans morem nostri ordinis fore, quia Novitii albi incedunt, cui responderunt non esse Praemonstratenses, sed Novitios Cistercienses, et quidem pro Monasterio Zarensi, audito hoc statim accessit nos dicendo: Charissimi! dum fuissem juvenis clericus, missus fui a meis Superioribus ad inhabitandum Conventum Zarensem, ubi ab infestantibus Spiritibus pacem non habuimus, saepe enim ad meas aures audivi haec verba: Cedite nostris!

Imo ex proprio Archivio Franciscanorum Conventus Bechinensis ante aliquot paucos annos plura ab Ipsis in hac materia nobis communicata fuere, nempe: dum Fratres clerici de nocte 3^{io} quadrante ad 12 accessissent ad campanarum pulsum, jam ibidem stetit monachus cisterciensis in veste choralis tenens lorum in manibus suis et dicens: Cedite nostris dum autem uterque clericus aufugere meditabatur, desuper disparuit. Saepius ante majorem Aram in stallis suis existentes Monachi Cistercienses Matutinum more suo prosequantur, quam primum autem clerici pulsare coeperunt, cessarunt Spiritus ab oratione, quam etiam a cantu frequenter intermixto, et Franciscani suum Matutinum cum Laudibus persolverunt frequentius in timore et tremore. Imo dum ad Refectorium Fratres juniores summo mane in hyeme se calefacere volentes descendissent, jam ibidem Monachos Cistercienses deprehenderunt, qui a sua praetensione non cessabant eisdem oggerendo: Cedite nostris. Quod et ad coenam sumendam frequenter contigit, dum deprehenderunt mensas oppletas Monachis Cisterciensibus dicentibus: Cedite nostris, postquam autem sedere Franciscani volebant, Spiritus evanuerunt; quod non nunquam ante prandium contigit, ita ut nec de die, nec de nocte a Spiritibus pacem habuerint, obviis Franciscanis in ambitu Monasterii oggerentes: Cedite nostris; unde multi infirmi facti, ac mortui sunt, quos de nomine et cognomine specificatos tenes, ob quam causam impacificae habitationis Patres et Fratres Franciscani non libenter audiverunt de translatione Sua ad Conventum Zarensem, ubi plura adhuc alia fusius ibidem perscribuntur, a quibus interim supersedeo.

Quod autem praenominatus Venerabilis P. Paulus senior noster potuerit, imo reapse Illi P. Franciscano jubilato Sacerdoti quondam in Conventu Zarensi habitanti ut Novitius in Monasterio Plassensi existens personaliter locutus fuerit, ac mihi per traditionem notitiam hanc de ore ad os communicaverit, combinando tempora temporibus patet ex sequentibus: Rdi PP. Franciscani

ad inhabitandum introducti fuere Zaram A. 1611 die 7. Sept. ac postea locum Zarensem denuo cesserunt Patribus Cisterciensibus A. 1639 die ultima Februarii quibus V. P. Antonius Schnetlager ultimus pro tunc Guardianus claves tam ab Ecclesia, quam a Conventu tradidit, et cum suis se Cremsirium contulit, ubi majorem pacem invenit, quam Zarae expertus fuerit, ac sic Patres Cistercienses ibidem pacifice ut prius habitare coeperunt A. 1639. adeoque incoluerunt locum Zarensem RR. Patres Franciscani 28 annis. Ah introductione vero iterata Cisterciensium Zaram venit noster praenominatus P. Senior post 50 annos ad Novitiatum A. 1689, a Novitiatu autem Ejus usque ad annum 1745, quo fuit mihi illud enarratum, explevit religionis annos 56, ac ante Ipsum Ille P. Franciscanus jubilatus sacerdos ad minimum pro tunc 50 annos religionis numeravit, proinde hae duae Personae 106 annos religionis successive efficiunt, excepto illius P. Franciscani praevio clericatu, quo id contigit ac insuper post Secunditias celebratas uterque seniculus aequae aliquot adhuc annos vitae numeravit, ergo bona est convenientia in annis, hoc tempore ante emigrationem Franciscanorum currentis clericatus finali aliquo anno id reapse contigisse, ut combinanti ac enumeranti annos melius patebit.

Quapropter elucet veritas haec citra omnem dubitationem praenominatum Venerabilem P. Seniore nostrum tam ex combinatione annorum, quam Illius fama sanctitatis vere huic Patri Franciscano jubilato sacerdoti personaliter in Monasterio Plassensi pro tunc locutum fuisse, qui Conventum Zarensem quondam ut clericus inhabitavit, ac illa verba a Spiritibus prolata Cedite nostris ad aures suas se audivisse assecuravit, ac demum mihi hanc notitiam praefatus V. P. Senior noster A. 1745 de ore ad os tradidit.

Denique quid emolumenti reportassent Illi Viri Venerabiles, si nos decipere voluissent? aut quomodo suspicio deceptionis in tales Viros omni exceptione venerabili canitie majores cadere possét? alias sequeretur nemini Authori historico fidem adhibendam fore.

Modo autem ab introductione Patrum Franciscanorum Zaram usque ad currentem praesentem annum 1788 numerantur anni 177. Ab introductione iterata Cisterciensium — anni 149. A Novitiatu autem praenominati P. Pauli — anni 99. Et ab Ejus Obitu — anni. 49 numerantur.

Ita pro ulteriori Posterorum notitia post levationem ultimam Monasteri Zarenensis A. 1784 die 22. Octobris factam, ut pio desiderio praenominati in Dno defuncti Venerabilis P. Pauli senioris nostri dignissimi satisfaciam, ne haec veritas a Criticis moderni

saeculi in dubium vertatur, aut penitus rejiciatur, fideliter cum omnibus circumstantiis notavit.

Datum Neostadii prope Zaram, die 24. Aprilis A. 1788.

P. Placidus Negedly
Ordinis Cisterciensis, Professus Zarensis,
ac pro tunc indignus Prior.

Neueste Benediktiner- und Cistercienser-Literatur.

Mit Benützung gütiger Mitteilungen der p. t. Herren Allmang, P. G. (Hünfeld); — Förster, Dr. A. (O. S. B. Maredsous); Frutier, Fr. A. (O. Cist. Bornhem); — Grüner, P. Bernard (O. S. B. Lambach); — Hlawatsch, P. Fr. (O. Cist. Heiligenkreuz); — Kainz, Dr. P. St. (O. S. B. Scheyern); — Noggler, P. Mich. (O. S. B. Michaelbeuern); — Stark, P. O. (O. S. B. Göttweig); — Wirz, P. C. (O. S. B. Merkelbeek); etc.; für die wir herzlich danken — aus einer großen Reihe von Ordens- und literarischen Zeitschriften zusammengestellt von der Redaktion.*)

(LXXXXVII. 97.)

(Fortsetzung zu Heft I, 1905, S. 338—352.)

Adlhoch, Dr. Beda (O. S. B. Metten): 1. Zur wissenschaftlichen Erklärung des Atheismus. („Philosoph. Jahrb. der Görres-Gesellschaft“ 2. u. 3. 1905.) — 2. Zur Vita S. Mauri. („Studien“ 26. Jahrg. 2. H. 1905.) Lit. Ref. („Rivista Internazionale“ August 1905.) — **Admont** (mon. O. S. B.), s. Baethcke. — **Ahausen** (olim mon. O. S. B.), s. Götz. — **Albers**, D. Bruno. (O. S. B. Monte Cassino): Erlässe u. Bestimmungen römischer Kongregationen. („Theol.-prakt. Quartalschrift“ 4. H. 1905.) — 2. Lit. Ref. über: a) Sauter, Der hl. Benediktus; b) Richter, Statuta maioris Ecclesiae Fuldensis; c) Junges, St.

*) Wir wiederholen hier das oftmals schon vorgebrachte und leider so wenig bisher beobachtete dringende Ersuchen, uns bei Zusammenstellung dieser Abteilung insbesondere nach besten Kräften unterstützen zu wollen, da wir nur so in der Lage sind, ein möglichst vollständiges Gesamtbild der großartigen literarischen Tätigkeit unserer beiden Orden in der Gegenwart unseren Lesern darbieten zu können. Wir stellen diese Bitte an die p. t. hochwürdigsten HH. Äbte, Klostervorstände, Bibliothekare etc., an alle Mitbrüder Ord. S. Ben. und Cist., an alle Freunde und Gönner der „Studien“, so wie auch an alle Verlagshandlungen. Sie alle mögen uns gefälligst alles zur Anzeige resp. zur Vorlage bringen, was in dieses Literatur-Verzeichnis hineingeht: alle auf unsere beiden Orden sich beziehenden oder von Ordensmitgliedern verfaßten neuen Druckwerke, Artikel in Zeitschriften, Schulprogramme etc. Doch sollen uns die bez. Angaben bibliographisch genau gemacht werden, d. h. mit Bekanntgabe des ganzen, genauen Buchtitels, des Ortes und Jahres der Ausgabe, Namen des Verlegers, Angabe des Formates und der Seitenzahl sowie des Preises. Vorstände resp. Direktoren von Ordens-Lehranstalten bitten wir insbesondere um geneigte Zusendung der Schulprogramme, deren wir für 1905 bisher nur sehr wenige erhielten. Selbstverständlich ist uns zunächst die Vorlage aller bez. Druckschriften in Rec.-Ex. zur Einsichtnahme stets sehr erwünscht. Möchten doch die sichtlichen Schwierigkeiten bei Zusammenstellung dieser Rubrik uns fortan eine kräftigere und mehrseitigere Unterstützung zuführen und zuwenden, wie bisher! Für jedwede bez. Mitteilung bleibt herzlichst dankbar die Redaktion.